

ximè in eis, qui jam catholicæ paci accesserunt, & quos nullo modo relinquare possum? Sed quia temporis non finit angustia, ut simul nobis in de diligenter deliberatam liceret eliquare sententiam; quid mihi post digressum nostrum diu cogitanti placuerit, accipiat Sanctitas tua, & si tibi quoque placet, jam literæ, quas ad eos communi nomine scripsi, sine dilatione mittantur. Dixisti, ut dimidium habeant, & alterum dimidium eis à me undecunque provideretur. Ego autem puto, quod si totum eis auferretur, esset, quòd diceremur, non de pecunia nos, sed de justitia, tantopere laborasse. Cùm verò dimidium eis concedimus, & eo modo cum eis pacem quandoque componimus, satis apparebit, nostram curam nihil aliud, quàm pecuniariam, fuisse. Et vides, quæ perniciës consequatur. Et illis enim videbimur alienam rem dimidiam tulisse: & illi videbuntur nobis inhonestè & iniquè se passos fuisse, ut adjuvarentur de dimidio, quod totum pauperum fuerat. Nam quod dixisti, cavendum est, ne, cùm rem dubiam emendari volumus, majora vulnera faciamus. Tantundem valebit, si eis dimidium concedatur. Propter ipsum quippe dimidium, illi, quorum conversioni volumus ut hoc exemplo secum agatur, rerum suarum venditionem per moras illas excusatorias dilataturi sunt. Deinde mirum, si de re dubia est totius plebis tam grande scandalum, cùm Episcopos suos, quos pro magno habent, sordidâ avaritiâ maculatos putant, dum maligna species non vitatur. Nam cùm quisq; ad monasteriû convertitur, si veraci corde convertitur, illud non cogitat, maxime admonitus, quantum malum sit. Si autem fallax est, & sua quærit, non qua Jesu Christi, non habet utique *charitatem*. Et quid ei prodest, si distribuerit omnia sua pauperibus, & tradiderit corpus suum, ut ardeat? Huc accedit, quia illud, sicut jam collocuti sumus, deinceps vitari potest, & agi cum eo, qui convertitur, si non potest admitti ad societatem fratrum, antequam se omnibus illis impedimentis exuerit, & ex otio tendatur, cùm ejus res esse destiterit. Hæc autem mors infirmorum, & tantum impedimentum salutis eorum, pro quibus tantopere laboramus, ut eos catholicæ paci lucremur, aliter vitari non potest; nisi ut apertissimè intelligant, nullo modo nos de pecunia satagere in talibus causis; quod nullo modo intellecturi sunt; * nisi illam rem, quam semper presbyteri esse putaverunt, eorum usibus relinquamus; quia, etsi ejus non erat, hoc ab initio scire debuerant. Videtur itaq; mihi hæc regula esse in rebus hujuscemodi retinenda, ut quicquid eo jure, quo talia possidentur, ejus fuerit, qui alicubi clericus ordinatur, ad eam pertineat ecclesiam, in qua ordinatur. Usq; ad eò autem eodem jure presbyteri Honorati est illud, unde agitur, ut non solum alibi ordinatus, sed adhuc in Tagastensi monasterio constitutus.

Ad Phil. 2.

21.

I. ad Cor.

13. 5.

890.

* Al. si

tus. sic sua
 tras. la. mo
 te. Amilian
 ate. prax
 rare oportet
 societatem sun
 lina. quantu
 dispensationi
 maligna sit,
 quam exper
 sententiam
 stro. Sam
 tris ad jun
 Vehemen
 permotus
 bus indig
 mani non
 lud justum
 scere. quod eg
 tur. quod Dor
 tare. mo. T
 vendo. in. T
 quando Per
 Noverat en
 ille. I. ve. ba
 rum fuisse. I
 tur. Quang
 tum stipendi
 ret; sed nihil a
 turbantem. & a
 hoc noverat o
 exortus. Sec
 debemus.
 Postem
 proposuerit
 dio illius pre
 tione non ab
 obvenit Hig
 tantâ ibi sum
 bitantium par